

## Alte Drucke

**DE || DIE IVDICII || TRACTATVLVS, || Seu || De septem  
generalib. mundi Iudiciis, quo-||rum sextum, id est  
penultimum, iam || in mundo suos effectus ...**

**Fregeville, Jean de**

**[S.I.], 1588**

Sub hoc iudicio non euertet sed conuertet ad se Christus, omnia huius mundiregna. Attamen qui Christo resistent, subuertentur. Cap. V.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149654](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-149654)

liberari quam beneficio iudiciorū diuino-  
rum, hoc est obseruatione iuris diuini.

*Sub hoc iudicio non euertet, sed conuertet ad  
se Christus, omnia huius mundi regna.*

*Attamen qui Christo resistent,  
subuertentur. Cap. V.*

Sub hoc iudicij die cōplebūtur hēc duo  
mysteria Prophetica, quæ continentur A-  
poc. 11.15. & vers. 17. Vbi sub voce septimæ  
tubæ dicuntur *huius mundi regna conuersa*  
*esse Dominō nostro Iesu Christo*, deinde quod  
is qui est, qui erat, & venturus est, cāperit re-  
gnare. Quæ nondum fuisse completa patet  
ex eo quod tubæ canunt post aperitionem  
sigillorum, quibus liber Propheticus ha-  
ctenus obstrictus fuit. Non ergo illud po-  
tuit venire neque potest esse, quin sigilla  
Prophetiarum soluantur. Verum sicut in  
primo aduentu filii hominis eius aduentus  
explicauit multas Prophetias, sic eius hic  
secundus aduentus etiamsi non sit visibi-  
lis, tamen eius cognitio multa aperiet Pro-  
phetica mysteria, & sub illo tubæ clāgent,  
quarū septima afferet conuersionem regno-  
rum *huius mundi ad Dominum Iesum Chri-*  
*stum*. Tunc etiam dicere poterimus *Chri-*  
*stum cāpisse regnū suum*, scilicet plenius quā

*Apoc. 11.15.*

B

vnquam fecerit. Qua ratione? quia tunc  
Rex intelligitur regnare cum eius edicta  
obseruantur. Hactenus vero homines ne-  
glexerunt edicta Christi, hoc est Diuina  
iura seu iudicia Domini, quæ in scriptura  
sacra continentur, totamque scripturæ sa-  
cræ puriorem contempsérunt doctrinam,  
ut adhærerent quæ idolatriam sustinent  
sub Antichristo: quandiu igitur traditio-  
nes humanæ obseruantur, hominum edi-  
cta coluntur & homines regnant. At cum  
sublatis decretis & constitutionibus im-  
piis humanis traditionibus iura Diuina &  
Christi edicta obseruabuntur, tunc plane  
dicere poterimus *Christum cœpisse regnum*  
*suum.* Cæterum huius mysterii cogni-  
tio vtilissima est, quoniam ex iis signis quæ  
vndiquaque cernuntur & magis ac magis  
cernentur, manifestissimū erit Christi ad-  
uentū seu iudicii diem imminere. Ex quo  
aliqui possent colligere & merito maxi-  
mam imminere catastrophē, & existi-  
mare Christum venientem velle euerte-  
re omnia huius mundi regna. Non igitur  
euertere, sed conuertere ad se regna vult,  
ut patet ex eo, quod dicitur quod *regna hu-*  
*ius mundi conuersa sunt ad Dominum nostrum*  
*Iesum Christum.* Dicimus tamen, Proponet

Dominus noster Iesus Christus non visibiliter, sed Spiritu oris sui delectū regibus & principibus huius mundi vt deligant quid malint aut cui malint obedire; Christo an Antichristo, aut cui iugo malint subiici, pio iugo edictorum Christianorum an Antichristianarum traditionum impio iugo. Tunc ipse potens est, vt conuertat aliquos ex illis. Qui vero nolent audire eius monitionibus, ipse cōtra illos armabit gladium oris sui, & vt contumaces & pertinaces ita conficiet illos vt *aues cœli satientur* Apoc. 19. 21 *eorum cadaveribus.* Itaque sub hoc iudicio mutabuntur vices, & quæ alios opprimere solebat, affligetur: Et ipsa meretrix magna in luctum, famem & viduitatem incidet.

*Insignis erit & noua antiquarum prophetiarum cognitio sub hoc iudicio, non tamen noua prophetarum constitutio. Cap. VI.*

Præter ea quæ superius opposita sunt, erit in hoc seculo iudicii ampla Prophetiarum cognitio, cui similis nō fuit à seculo Apostolorum. Nontamen erit noua Prophetiarum cōstitutio, sed noua antiquarū prophetarū cognitio. Non enim erūt nouæ reuelationes quales fuerunt olim: Sed